

Canonici li  
bi  
apocryphi

Querns li  
broz cano  
nicorum

Agioſſpha

Non canoni  
ci autentici

**Q**uia sunt multi qui ex eo qd non multam operam dant sacre scripture existimant oēs libros qui in biblia continentur pari veneratio- ne esse reuerendos atq; adorandos / nesciētes distinguere inter libros canonicos & nō cano- nicos: quos hebrei inter apocrypha cōputant: unde sepe coram doctis ridiculi vident: & perturbantur: scan- dalicanturq; cū audiunt aliquid non pari cum ceteris omnibus veneratione prosequi aliquid quod in Biblia legatur. Idcir- co hic distinguimus & distincte numerauim: primo libros cano- nicos & postea nō canonicos: inter quos tm̄ distat q̄tum inter certum & dubium. Nam canonicis sunt cōfecti spūs sancto dicta- te. Non canonicis autem siue apocryphi nescitur quo tempore quibusue auctoribus sint editi: quia tamen valde boni & vti- les sunt: nihilq; in eis qd canonicis obuiet inueniē. ideo eccle- sia eos legit & permittit: vt ad deuotionem & ad morum infor- mationem a fidelibus legantur: eorū tamen auctoritas ad p- bandum ea que veniunt in dubium aut in contentionem: & ad confirmandam ecclesiasticorū dogmatum auctoritatem: non re- putatur idonea: prout dicit beatus Hieronym⁹ in prologo su- per Judith: & super libris Salomonis. At libri canonicis tante sūt auctoritatē qd q̄qd ibi p̄tinet verū tenet firmiter & indiscus- se. Et per consequens illud quod ex hoc cōcluditur manifeste. Nam sicut in philosophia veritas cognoscitur per reductionē ad prima principia per se nota: ita in scripturis a sanctis docto- ribus traditis veritas cognoscitur: q̄tum ad ea que sunt fide- tenenda per reductionē ad scripturas canonicas que sunt ha- bite diuina reuelatione cui nullo modo potest falsum subesse. Quā de his dicit Aug⁹ ad Hieronymū: Ego solis eis scripto- ribus qui canonicis appellantur didici hunc timorem honorēq; deferre vt nullum eorum scribendo errasse firmissime teneam: ac si aliquid in eis offēdero quid videatur contrariū veritati nihil aliud existimen q̄ mendosum esse codicem: vel nō esse as- secutum interpretem: quod dictum est: vel me minime intelle- xisse non ambigam. Alios autem ita lego: vt quātalibet sancti- tate doctrina ve polleant: non ideo verum putem: quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi per illos auctores canonicos vel pro- babiles rationes: qd a vero nō abhorreat persuadere potue- runt. Sunt igitur libri canonicis veteris testamenti viginti- duo: ad numerū viginti duarū litterarum hebreorū: prout scri- bere originem super primū psalmū refert Eusebius libro. vi. ecclesiastice historie: & copiosius distinctiusq; dicit beatus Hieronym⁹ in prologo galeato qui est regum: qui omnes in tres ptes ab hebreis diuiduntur: in legem: id est q̄nq; libros moysi in p- phetas octo: & agiographa nouem vt statim clarius patebit. Quis nōnulli librum Ruth separēt a libro Iudicū: & lamen- tationes Hieremie a Hieremia: & inter agiographa compu- tent vt sint viginti quattuor libri ad numerum viginti quattu- or: senior: quos Apocalypsis inducit adorantes agnū. Isti sunt libri qui sunt in canone: prout latius scribit beatus Hieronym⁹ in prologo galeato: qui est super libros Regum. Et primo q̄nq; libri Moysi qui appellantur lex: quorū primus est Genesis. secundus Exodus. tertius Leviticus. quart⁹ Nume- ri. quint⁹ Deuteronomiū. Secūdo sequuntur octo libri pro- phetales: quorū primus est Iosue. secundus liber Iudicium cum Ruth. tert⁹ Samuel. i. primus & secundus Regū. quart⁹ Sa- lachim. i. tertius & quartus Regū. quintus Esaias. sext⁹ Hieremias cum lamentationibus. septimus Ezechiel. octauus li- ber duodecim prophetarum: quorū primus est Osee. secun- dus Iob. tertius Amos. quart⁹ Abdias. q̄ntus Jonas. sex- tus Micheas. septimus Naum. octauus Abacuk. nonus So- phonias. decimus Aggeus. vndecimus Zacharias. duodeci- mus Malachias. Tertio sequuntur agiographa nouem. quorū primus est Iob. secundus Psalterium. tertius Salo- monis prouerbia. quartus eiusdem Ecclesiastes. quintus eius- dem Canticū canticorū. sextus Daniel. septimus Paralipome- non: quia apud hebreos est vnus liber nō duo. octau⁹ Esdras cum Neemia. (est em̄ totus vnus liber) non⁹ Ester. Quis- quid autem extra hos est (de veteri testamēto loquor) vt dicit Hiero. inter apocrypha est ponendum. Isti sunt libri qui non sunt in canone: quos tamen ecclesia vt bonos & vtilēs li- bros admittit / non vt canonicos: inter quos sunt aliqui maio- ris auctoritatē: aliqui minoris. Nam Tobias: Judith & Sa- chabeorum libri. Sapientie quoq; liber: atq; Ecclesiastice: val- de ab omnibus probantur: ita qd Aug⁹. lib. ij. de doctrina chri- stiana tres superiores numerat inter canonicos: & de Sapien- tia atq; Ecclesiastico dicit meruisse illos recipi in auctoritate: & inter propheticos debere numerari: & de libris Sachabeo- rum libro

rum libro. xviii. de ciuitate dei: loquens de Esdre libris dicit: qd quis hebrei nō habeant eos pro canonicis: tamen ecclesia habet illos pro canonicis propter quorūdam martyruū passio- nes vehementes atq; mirabiles. Minoris autem auctoritatē sunt Baruch. & tertius & quartus Esdre. Nam Aug⁹ in loco supradicto nullam de his facit mentionem: cum tamē (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoq; i ex- positione simboli & Isido. in lib. vi. etymol. vbi hanc Hierony- mi diuisionem referunt: horum nihil meminerūt. Et vt nume- rus eos eo ordine quo sunt in Biblia: quis alio ordine fuerint editi. Primo sunt tertius & quartus liber Esdre: qui dicuntur tertius & quartus: quia ante Hieronymū greci & latini librorū Esdre canonicum secabant in duos libros. Sermones Nee- mie. fm̄ librum appellantes. Isti autem tertius & quartus in- ter omnes non canonicos minoris (vt dixi) sunt auctoritatē: Unde Hieronym⁹ in prologo Esdre eos appellat somnia. & in paucissimis biblijs manu scriptis inueniūt: & in multis impressis inuenitur solum tertius. Secundus est Tobias: li- ber valde deuot⁹ & vtilis. Tertius est Judith: quē dicit Hiero. in prologo fuisse a nicena synodo computatum in numero sanctarum scripturarum. Quartus liber Sapientie: quē scri- psisse Philonem alexandrinū iudeum doctissimū fere omnes tenent. Quintus est liber Iesu filij syrach: qui Ecclesiasticus dicitur. Sextus est Baruch. vt dicit Hiero. in prologo Hiero- mie. Septimus est Sachabeorum liber in primū & scdm di- uisus. Neq; aliquē moueat qd in Judith & Tobie prologis dicitur: qd apud hebreos inter agiographa leguntur: qd ma- nifestus error est: & apocrypha nō agiographa est legendum: qui error in omnibus quos viderim codicibus inuenit: & ino- leuit (vtputo) ex pietate & deuotione exscribentiū qui deuoti- simas historias horrebant annumerare inter apocrypha. Nā qd hic error multis retro annis codices occupauerit: ostendit magister i historia Judith: vbi dicit: Sic liber apud chaldeos inter historias computatur: & apud hebreos inter apocrypha: quod dicit Hiero. in prologo qui sic incipit: Viginti & duas li- teras. Si ergo alicubi in prologo super Judith legitur inter agiographa: vitium scriptoris est: qd in ipso titulo deprehendi potest. Et quo miror qd dicitur magister non aduerterit eundē esse errorem in prologo Tobie: vt ipse dicit hanc historiam he- brei ponunt inter apocrypha. Hiero. tamen in prologo suo di- cit inter agiographa: Glosa quoq; super dicto prologo Tobie dicit potius & verius dixisset: inter apocrypha: vel large accipit agiographa quasi sanctorum scripta: & ita non est de numero illorum nouem: que proprie dicuntur agiographa: qui sunt de- cathalogo: id est de numero. xxi. librorū biblie. Nam cum Hiero. in prologo galeato: post enumerationē canonicorū libro- rum dicat: Sic prologus scripturarum quasi galeatum princ- pium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinū con- uenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est: inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia que vulgo Salo- monis inscribitur: & iesu filij syrach liber: & Judith: & Tobias & Pastor nō sunt in canone: quomodo credendū est: illū post ea in illis prologis scripsisse inter agiographa: & sibi ipsi cōtra dicere. Si quis preter ea librationi examine Hieronymi p̄ba in dictis prologis perpenderit: animaduertent illū scripsisse apocrypha non agiographa. Dicit em̄ in prologo Tobie: Eri- git vt librum chaldeo sermone conscriptum ad latinum stilūz traham: librum vtiq; Tobie quē hebrei de cathalogo diuina- rum scripturarū secantes: his que apocrypha memorant man- ciparunt. In Judith autem ait: apud hebreos liber Judith in- ter apocrypha legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa que in contentionem veniūt minus idonea iudicatur. Cū itaq; di- cat hebreos secare Tobiam de cathalogo diuinarum scriptu- rarum: & Judith auctoritatem minus idoneaz iudicari si inter agiographa numeraret & non inter apocrypha contraria vi- deretur in eodez i loco scripsisse. Sed (vt dixi) scriptores hoc nomen apocrypha horrentes deuotione ac pietate quadaz re- iecto apocrypha: agiographa scripserunt. Rufinus vero vbi supra enumerat libris canonicis: in quibus cum Hiero- nymo concordat insert. Hec sunt que patres intra canonē con- cluserunt. ex quibus fidei nostre assertiones cōstare voluerūt. Sciendum tamen est qd & alij libri sunt: qui non canonicis s; ecclesiastici a maioribus appellati sunt. i. sapientia que dicitur salomonis & alia sapientia que dicitur filij syrach & infra eius- dem ordinis est libellus Tobie: & Judith: & Sachabeorum libri: & infra que omnia legi quidem in ecclesijs voluerunt: nō tamen proferri ad auctoritatem ex his confirmandaz. Ceteras vero scripturas apocryphas nominauerunt quas in ecclesijs a ij \* legi uo

Minoris auctoritatis

D

Ecclesiasti- ci libri



## De libris biblie canonicos et non canonicis

**E** legi noluerunt. **P**reterea e sciendum qd i libro **H**ester illasou/ taratut in canone: q scribit vsq ad eu locu vbi posuim: **F**init liber **H**ester. prout est in hebreo: que postea sequunt no sunt in canone: similiter in **D**aniele: illa tantuz sunt i canone que sunt vsq ad eum locum vbi posuimus. **F**init **D**aniel propheta: que postea sequuntur non sunt in canone. **Q**uis autem **D**avid. i. psalterium apud hebreos non ponatur inter pphetas sed inter agiographa: tamen fere omnes latini euz no solum prophetam sed summum prophetarum vel secundum vocant. **D**anielem quoq inter prophetas numerat. **A**lter quoq aliqui latini diuiserunt vetus et nouum testamentum. **L**egales in libros legales: historiales: sapietiales: et prophetales. **L**egales appellant quinqz libros moysi: in veteri testamto qui bus in nouo faciunt respondere: quattuor euangelia: **H**istori ales **I**osue: **J**udicium: libros **R**egum **P**aralipomenon: **E**sdram: **H**ester: et **J**ob: quibus in nouo correspondent acta apo stoloru. **S**apientiales tres libros **S**alomois. s. **P**rouerbia: **E**cclasiasten: et **C**anticu canticoru: quibus in nouo correspon dent epistole **P**auli: et que canonicè dicuntur: prophetales fa ciunt **D**avid: **I**d est psalterium: **E**saia: **H**eremiam: **E**zechielem: **D**uodecim prophetas et **D**anielem: quibus in nouo res pondet liber **A**pocalypsis. **N**oui autem testamenti omnes qui in biblia ponuntur libri sunt in canone testibus **H**ierony mo: **A**ugustino: et **I**sidoro in locis supra dictis. **H**i sunt quat tuor sacrosancta euangelia: scilicet **M**attheus: **M**arcus: **L**ucas: **J**ohannes. **P**auli apokoli epistole. xiiij. quarum vna est ad **R**omanos: ad **C**orinthios due: ad **G**alathas vna: ad **E**phe sios vna: ad **P**hilippenses vna: ad **T**hessalonicenses due: ad **C**olocenses vna: ad **T**himotheu due: ad **T**itus vna: ad **P**hi lemonem vna: ad **H**ebreos vna. **I**tem **A**ctus apostolorum. **I**tem epistole septem que canonicè appellantur. **Q**uor vna est iacobi: due **P**etri apostolorum principis. **J**ohannis apo stoli et euangeliste tres: **J**ude qui als **T**hadeus dicitur vna: **D**emum liber **A**pocalypsis. **H**i omnes libri pro canonicis ha bentur. **Q**uis ante **H**ieronymu a multis de epistola ad he breos dubitaretur: quam hesitationem ipse multis rationibus sustulit. **I**dem de epistola **J**ude: ac de secunda et tertia **J**o hannis: in ecclesia primitiua a multis an deberent in canone recipi valde dubitatum est: de quarum prima sic dicit **H**iero nymus in libro de viris illustribus. **J**udas frater **J**acobi par uam quidem que de septem canonicis est epistolam reliquit: et quia de libro **E**noc qui apocryphus est: in ea assumit testi monium: a plerisq reicitur: tamen auctoritatem tenuit ita et vsu meruit: et inter sanctas scripturas computatur. **D**e alijs aut duabus que incipiunt: senio: dicit in capitulis **J**ohanes: et papias in dicto libro: q asserbant esse **J**ohannis pbyteri discipuli **J**ohannis euangeliste: qui dicebat senio: **J**ohanes: s; tñ omnium approbatione iam sunt recepte: et citra cuiusq re fragationem pro canonicis habentur.

**A**quila quidem iudeus ad fide conuersus: sed postea in heresim lapsus primus interpres fe cit aliam translationem de hebraico in grecum tempore **A**dri ani imparatoris. **D**einde post annos. liij. **T**heodotion fe cit tertiam translationem sub **C**omodo. **D**einde post annos. xxx. **S**ymmachus interpres claruit sub **S**euerio. **D**einde post an nos. viij. inuenta est quedam translatio hierosolymis: cuius auctor ignoratur: que dicta est vulgata translatio vel quinta editio. **D**einde post annos. xvij. tempore **A**lexandri: superue nit **O**rigenes videns istas translationes imperfectas: incepit cor rigere translationem. **L**xxij. interpretum per posteriores iam dictas translationes. vel p̄m aliquos solum translatione **T**he odotionis immiscuit scilicet supplens diminuta et resecans su perflua. **U**bicunq igitur ad translationem. **L**xxij. interpre tum aliquid addidit ex translationibus sequentibus ibi pone bat asteriscum. i. stellam vel formaz astris: per quod innuit q p additionem illam elucebant que prius deerant. **E**t dicitur ste riscus ab aster et icon quod est imago vel signu et producit pe. qz apud grecos icon scribit per ei diphthongon: et dicit astericus p̄m modernos: vel asteriscus p̄m antiquos: et tunc dicit ab astris. i. stella: et icon. **U**bi no erat superfluu ponebat obe lum. **O**belos enim grece dicitur sagitta latine vel verum: sig nans per hoc q littera ibi superflua erat. **D**einde ipse **O**ri ge nes: vt dicit **H**ierony. septimam et septimaz translationem miro labore repperit: que translationes. s. quinta: sexta et septima: li cet vt idem ait **H**ierony. quibus censeat auctoribus ignorat: tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent vt auctoritatem sine nominibus tenuerint. **D**einde quidam volentes habere omnes istas translationes simul scribebant libros sic eos ordi nantes q in medio cuiuslibet folij ponebat sex columnas a sum mo deorsum descendentes. ponentes in prima verba transla tionis prime: in secunda secunde et sic de alijs. **E**t isti libri di ci snt hexapla: ab hex grece: quod est sex latine: quasi sexcupla vel dicitur hexapla quasi liber habens sex translationes rectas vel rectificatas. **E**t his temporibus multi vtriusq lingue scio li fecerunt alias translationes de predictis grecis translationi bus in latinum: **N**ouissime superueniens beatus **H**ierony mus: peritus in tribus linguis hebraica: greca et latina. primo correxit translationem. **L**xxij. interpretum in latino cum aste ricis et obelis. **P**ostea vero transfuit immediate **B**ibliam de hebreo in latinu sine astericis et obelis. **E**t hac translatioe nuc vbiqz vtitur tota romana ecclesia: licet non in omnibus libris. **E**t ipsius translatio merito ceteris ante fertur: quia est verbo rum tenacioz et perspicuitate sententie clarioz. **E**t translatio p̄ ma. s. **L**xxij. interpretu facta e in **A**lexandria ciuitate que me tropolis est egypti. **A**lie autem translationes in diuersis par tibus mundi vbi tunc magistri polluerunt. **N**ota q vbiunqz in libris veteris testamenti mendositas reperitur: curren dum est ad volumina hebreorum: quia vetus testamentu pri mo in lingua hebraea scriptum est. **S**i vero in libris noui testa menti reuertendum est ad volumina grecoz: qz nouu testame tu p̄mo in lingua greca scriptu est p̄ter euageliu **M**atthei: et epistolam **P**auli ad **H**ebreos.

**A**quila  
**T**heodoti on  
**S**ymma chus  
**V**ulgata translatio  
**O**rigenes  
**A**steriscus  
**O**belus  
**H**  
**H**expluma  
**B**rus hieronymus  
**N**ota

### Translatores Biblie

**N**otandum q translatores et interpretes Biblie multi fuerunt: quia sicut dicit magister in historijs ante incarnationem domini an nis. ccc. xij. temporibus **P**tolemei philadel phi regis egypti. **L**xx. interpretes floruerunt q legem et prophetas hoc modo transfulerunt. **P**tolemeus studiosus et librorum cupidus percipiens apud iudeos leges esse ore dei editam: et digito illius scriptam/ mis sis epistolis et muneribus rogauit eleazarum pontificem iude orum: vt sibi viros seniores hebraice et grece lingue peritos: qui interpretari et transferre valerent / diri geret. **E**tenim sua desideria essent eam in greco trallatam habere: et archiuis re galibus interferere. **E**leazarus autem annuens eius petitiõ: de vnaquaq tribu sex legisperitos destinauit. **H**i sunt septua gintaduo interpretes qui licet septuagintaduo fuere more sa cre scripture comuniter: dicuntur tamen septuaginta quia et si duo supersunt hoc est modicum respectu septuaginta: **Q**ui ve nientes ad regem pentateuchum et prophetas transferentes coram rege disputauerunt de vno deo colendo: et q nulla crea tura esset deus. **I**nde est q vbiunqz occurbat eis in tran ferendo de trinitate vel sub silentio preteribant. vel sub enig mate transfulerunt: ne tres deos colendos tradidisse videren tur. **S**imiliter de incarnatione verbi facientes. **U**nde trans latio septuagintaduom quandoqz est superflua quandoqz di minuta. **P**ost incarnationem autem domini et passionem an nis centu

**P**tolemeus philadel phus

**L**xx. interp tes

Que prima parte huius operis contineant.

**P**rima refert **M**oyssi liber hic modulamia qnqz  
**B**at **B**enesis mudo principu: atqz homini.  
**E**xit ab egypto ppls: pharaoqz plagatur.  
**O**ffert **L**euiticus munera grata deo.  
**M**ansio deserti sequitur: ppls numeratur:  
**E**t legem repetit deuterios inde nomos.